aspectui, suggero sane & om
nimoda supplicatione depos
co, ut librum aethimologiae
rum quem iam fauente dño
audiuimus consummatum
promissionis uestre memores
seruo uestro dirigere iubeatis,
Quia ut mihi sum conscius mag
na ibi ex parte seruitui postula
tione sudasti, Et ideo in me
primum existe munificus
sic in scorum coetibus & felix
habearis & primus, Gesta & tiam
synodi in qua sin thaurius exa
minis uestri igne & si non purifi
catus inuenitur tamen decoc
tus, quaeso ut uestro instinc
tu a filio uestro domino rege nobis
dirigatur cito, Nam & nos
trae eius sic inflagitauit gloriam
suggestio quia multum in con
cilio pro inuestiganda opus e
ueritate, De cetero creatoris
altissimi pietatem efflagito
ut coronam beatitudinis uestre
pro integritate fidei & statu
ecclesiae suae longo tempore
precipiat conseruare,

m eque inter oblatrantia prae
sentis mundi uaria & innume
rabilia discrimina munitum
reddat tuae intercessionis gra
tia ac reconditum in gremium
memoriae tuae, tutum ab om
ni tempestate peccati oratu ues
tro efficiat, Trinitas sancte
tissima & manu sua, Ego ser
uus dñi braulio ysidoro in dño
fruaste, Te lucerna ardens & non
marcescens,

DOMINO MEO ET DEI SERVO
braulioni epo ysidorus,
Quia te incolomem cognoui
gratias xpo egi, & utinam cuius
cognoui salutem in hoc corpore
aspicerem & uisionem, Quid autem
mihi euenit pro peccatis meis
manifestabo, quia non fui dig
nus tua perlegere eloquia,
Statim enim ut accepi pittaciu
tuum puer re gius ad me uenit
Dedi cubiculario meo illum pit
tacium & confestim ambulaui
ad principem ut postea perlege
rem & rescriberem, Reuersus
de palatio regis non solum scrip

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0008